sola parens e notie sue. Et cogitu ei
et cognitor ipa e. Erat at sibi ipa
nosabil. et anqz se nosset. s; noti
sui no erat in ea cu se ipa no noue
rat. Qd ergo cognoscat se. parem s
noticia suam gignit. qr no min9 se
nouit qz se: nec alti9 ee eius e no
ticia e9. no solu qr ipa nouit. s;
et qr seipsam sic sup dixi9 ut erat
sibi nosabil: z anqz se nosset. Qd
igr de aore dicend e. cur no etia
cu se amat. ipm qz amore suu ge
nuisse videat. Erat eni amabil
sibi z anqz se amaret. qr potat se
aare: sic erat nosabil sibi. z an
qz se nosset. qr potat se nosse. Na
si no sibi eet nosabil. nuqz se nos
se potuiss: ita si no sibi eet ama
bilis. nuqz se aare potuiss. Cur
itaqz amado se no genuisse dicat
amore suu: sic cognoscedo se ge
nuit noticia sua. An in eo quide
maifeste ondr hoc aoris ee pncipm
vnde procedit. Ab ipa mete qppe
procedit q sibi e amabil anqz se a
met: atqz pncipiu ita e amoris
sui quo se amat. Sz ido no recte
dr genitus ab ea. sic noticia sui qua
se nouit qr noticia ia inuentu e. qd
partu ul repertu dr q sepe precedit
inqsitio eo fine qetura. Na inqsi
e appetitus inueniendi. qd ide valet
si dicas reperiendi. Que at repiunt
qi pariunt. Vn pli similia st. Vbi
n in ipa noticia. Ibi eni qi expssa for
mant. Na et si ia erat res qs que
rendo inuenim9: noticia tn ipa no erat
qua sic plem nascente deputam9.
Porro ille appetitus q est in qrendo
procedit a qrente. z pendet quodamo
nz reqescat fine q itendr nisi id qd
qrit inuentu qrenti copulet. Qui
appetitus id e inqsitio qmuis aor
ee no videat. quo id qd notu e
amat. hoc eni adhuc ut cognoscat
agit: tn ex eode gne quodda e.
Na volutas ia dici pt: qr omis
q qrit inuenire vult. Et si id qrit
qd ad noticia ptineat: ois qui
qrit nosse vult. Qd si ardenter z
istater vult. studere dr. quo max
in assequdis atqz adipiscedis qbz
qz doctrinis dici solet. Partu g
mentis antecedit appetitus qda q
id qd nosse volu9 qrendo et in
ueniendo nascat ples ipa noticia:
ac p hoc appetitus ille quo conci
pitur pariturqz noticia. partus et ples re
dici no pt. Ideoqz appetitus quo
inhiat rei cognoscede fit aor cog
nite. du tenet atqz amplectitur
placita plem. id e noticia. gig
nentiqz cuiugit. Et e qda ymago
trinitatis ipa mens z noticia e9 qd
e ples e9. ac de ipa vbu eius
et amor tertius. Et hec tria vnu
atqz vna sba. nec minor ples
du tn se nouit mens qnta e. nc
minor e aor. du tn se diligit qntu
nouit et qntu est. Capit plogus

In hoc libro decimo hoc capitulo in libro x diligentius subtiliusque tractatum est atque ad id perductum ut inveniatur in mente evidentior trinitas eius in memoria sua et intelligentia et voluntate. Sed quoniam et hoc compertum est ut mens numquam ita esse potuerit ut non sui meminisset, non se intelligeret et diligeret, cum autem se cogitaret non se a corporalibus rebus eadem cogitatione discerneret, dilata est de trinitate cuius haec ymago est disputatio ut in ipsis etiam corporalibus visis inveniretur trinitas et distinctio ubi lectoris exerceretur intentio. De studiis discentium amantium quod ignorant, quod tamen non expeterent scire si penitus ignorarent. capitulum primum.

Nunc ad ea ipsa consequenter enodatius explicanda limatior accedat intentio. Ac primum quia rem prorsus ignotam amare omnino nullus potest, diligenter intuendum est cuiusmodi sit amor studentium, id est non iam scientium sed adhuc scire cupientium quamque doctrinam. Et in his quippe rebus in quibus non usitate dicitur studium, solent existere amores ex auditu, dum cuiuspiam pulchritudinis fama ad videndum ac fruendum animus accenditur. Quoniam generaliter novit corporum pulchritudines ex eo quod plurimas vidit, ut inest intus unde approbetur cui foris inhiatur. Quod cum fit non rei penitus incognite amor excitatur: cuius genus ita notum est. Cum autem virum bonum amamus cuius faciem non vidimus: ex notitia virtutum amamus quas novimus in ipsa veritate. Ad doctrinas autem cognoscendas plerumque nos laudantium atque predicantium accendit auctoritas: et tamen nisi breviter impressam cuiusque doctrine haberemus in animo notionem, nullo ad eam discendam studio flagraremus. Quis enim sciende verbi gratia rethorice ullam curam et operam impenderet, nisi ante sciret eam dicendi esse scientiam? Aliquando etiam ipsarum doctrinarum fines auditos expertosve miramur: et ex hoc inardescimus facultatem comparare discendo, qua ad eos pervenire possimus. Tamquam si litteras nescienti dicatur quamdam esse doctrinam qua quisque valeat cuivis longe absenti verba mittere manu facta in silentio, que rursus ille cui mittuntur non auribus sed oculis colligat. Idque fieri videat. Nonne dum adipisci cupit nosse quomodo id possit, omne studium circa illum finem movetur, quem iam notum tenet? Sic accenduntur studia discentium. Nam quod quisque prorsus ignorat: amare nullo pacto potest. Ita etiam signum si quis audiat incognitum, veluti verbi alicuius sonum, quo quid significetur ignorat, cupit scire quid nam sit: id est sonus ille cui rei commemorande institutus sit. Velut audiat cum dicitur temetum, et ignorans quid sit requirat. Iam itaque oportet ut noverit signum esse: id est non esse inanem illam vocem, sed ea significari. Alioquin

iā notū ē hoc trisillabū. ⁊ articula
tā spēm suā īpressit aīo p sensū au
riū. Nō aplius ī eo reqrit q̄ ingͣ
īnotescat. cui9 oēs lr̄e. oīaq3 sonī
spacia nota sūt. n̄ qr sil' īnotuit
signū ēē. mouitq3 sciendi cupiditātē
cui9 rei signū sit. Quo ī apli9 no
tū ē. s3 nō plene notū ē: ⁊ cupit
ali9 de illo nosse qđ reliquū ē. Si
ei tm̄ mō ēē istā vocē nosset. eāq3
alicui9 rei signū ēē nō nosset. nī
tā qrēt sensibili re q̄m potat sen
tiendo pcepta. Nā vō nō solū ēē
vocē. s3 et signū ēē iā nouit. pfcē
id nosse vult. Neq3 vllū pfcē sig
nū noscit: n̄ cui9 rei signū sit
cognoscat. Hoc g̊ q̄ ardenti cura q̄
rit ut nouit. studioq3 accēsus ī
sistit: nō iā pt dici ēē sine amore.
Quid igr amat? Certe ei amari
ad n̄ notū nō pt. Neq3 eīn ille
istas tres sillbas amat: q̄s iā no
tas hr. Qz si iā hoc ī eis amat.
qr scit eas signifcāre ad: nō īde nc̄
agit. Nō eī hoc nosse qrit: s3 in
eo qđ scire studet. qđ amet inqri9
qđ pfcō nōdū nouit. et ppterea mi
ram cur amet: qm̄ firmissīe noui9
amari n̄ nota nō posse. Quid g̊
amat. n̄ qr nouit atq3 ītuetr ī rōī
b3 rer̄ q̄ sit pulchritudo doctrīe qua
cōtinētr notīe signor̄ oīm. q̄ sit uti
litas ī ea pīcia q̄ intr se societas hu
sa cōicat. ne sibi hoīm cetꝰ deterio
res sit q̄uis solitudīe si cogitacōes

suas collocucōe nō misceāt. Hāc
g̊ speciē decorā ⁊ utilē cernit aīa
et nouit ⁊ amat. eāq3 ī se pfici
studet qn̄tū pt q̄sq's vocū sig
nificāciā quāctūq3 ignorat inqrit.
Aliud ē eīn qđ eā ī ueritatis luce
cōspicit: aliud qđ ī sua facultate cu
pisat. Cōspicit nāq3 ī luce ueri
tatis. q̄m magnū ⁊ q̄m bonū sit
oēs oīm gēciū līguas ītellige
ac loq. nullāq3 ut alienigena
audire. ⁊ a nullo ita audiri. Cui9
notīe decꝰ cogitacōe iā cernit.
amaturq3 res nota q̄ ita cōspicit.
atq3 īflāmat studia discenciū.
ut circa eā moueātr. eīq3 īhient
ī oī opera. quā īpendunt cōseq
de tali facultate. ut etiā vsu am
plectantr. qđ īde pnoscunt. atq3
ita q̄sq3 cui facultati spē ppinquat
ei feruētius amore īardescat. Eis
doctrinis q̄ppe studet vehemēci9:
q̄s capi posse nō desperant. Nā cui9
rei adipiscēdi spē q̄sq3 nō gerit
aut tepide amat. aut oīo nō amat:
q̄uis q̄m pulchra sit videat. Quo
circa qr oīm līguar̄ sciēcia ab oīb9
desperatr. sue gētis q̄sq3 maxīe stu
det ut nouit. Qz si et illi ad p
fectū pcipiēde se nō sufficere sentit.
neō tn̄ tā desidiosus ē huius notīe:
q̄ nō cū audierit īcognitū ubū
velit nosse qđ id sit. et si pt que
rat ac discat. Qđ dū qrit utiq3
ī studio discēdi ē: ⁊ videtr amare

re incognita. qd no e ita. Spes
nãq illa tãgit aim quã nouit et
cogitat. I qua elucet decꝫ ꝯsocia
doꝝ aiorꝫ i uocabꝫ notis audiedis
atqꝫ reddedis: eaqꝫ accedit studio
qrente quide qd ignorat. ꝫ nota
formã quo id ꝑtieat ituente et
amãte. Itaqꝫ si qrenti ubi gñi
qd sit temetũ. hoc ei ex'ca posu
eram. dicat qd ad te ptinꝫ. ī ndeb.
Ne forte audiã loquetẽ. ꝫ nõ itel
ligã: a' ūspiã forte id legã. ꝫ qd
scptor sensit nesciã. Nõs tãde hu
ic dicat: noli itellige qd audis.
noli nosse qd legis. Oibꝫ ei fe
aĩmis ronalibꝫ ī ꝑmptu ē ad
videnđ hꝫ pciae pulcritudo q hoim
int se cogitata sigficãdu vocu
enũciatiõe nosciit. Ppt hoc no
tũ decus. ꝫ ob hoc amatũ. qꝫ no
tũ. studiose qrit verbũ id igtũ.
Itaqꝫ cũ audierit ꝫ ꝯgnouit teme
tũ a vetibꝫ vinũ appellatũ. ꝫ
iã ex vsu loqndi que nt habem
hoc uobulu emortuũ. ppt nõ
nllos fortasse vetꝝ libros sibi
necẽriũ deputauit. Si at ꝫ illos
sup uacaneos ht. forte nã nec
dignũ qd meorie ꝯmedet existi
mat: qꝫ videt ad illã speꝫ doc
trie quã notã mete ituet. atqꝫ
amat mĩme ptine. Quaobrẽ
oĩs aiõꝝ studetis aĩ. hoc ē. vole
tis scire qd nesciat. nõ ē eius rei a
mor quã nesciat. ꝫ eius quã sciat:

ppt quã vult scire qd nesciat. Aut si tã
curiosꝫ ē ut nõ ppt aliqđ notã causã
ꝫ solo amore rapiat icognita sciendi
discernendꝫ qđe est ab studiosi no'
iste curiosꝫ. Sꝫ nec ipe amat incog
nita. ꝑmo ꝯgruencꝫ dr odit icgta.
q nlla ee wlt. dũ vult oĩa cognita.
Sꝫ ne qsqꝫ nob difficiliorẽ referat
qõnẽ asseris tã nõ posse qppiã odis
se qd nesciat. qꝫ nõ pt amare qd nesciat.
nõ resistimꝫ veris ũbis. Sꝫ itelli
gend ē nõ hoc idẽ dici. cũ dr. amat
scire incgta: ac si dicet. amat icog
nita. Illd ei fiꝫ pt. ut amet quisqꝫ
scire icgnita: ut at amet icognita
nõ pt. Nõ eñ frustra ibi positũ ē
scire: qm q scire amat icgta. nõ ipã
icogta. ꝫ ipm scire amat. Qd ñ haret
ꝯgnitũ. neqꝫ scire se qsqꝫ possꝫ fident
dice. nꝫ nescire. Nõ solũ eñ q dic
scio. et veꝝ dicat. nece ē ut qd sit
scire sciat: ꝫ et q dicit nescio. idqꝫ
fident et veꝝ dr. ꝫ sciat se veꝝ dice.
sciat utiqꝫ qđ sit nescire. Qñ et discernit
ab sciete nescientẽ. cũ vãcat se intu
ens dicit. nescio: et cũ id se sciat veꝝ
dice. vñ sciret. si quid sit scire nescir
ret. Quibꝫ causꝫ iudicat amari

Quilibꝫ ī icognita. c. ij.

Studiosꝫ. qlibꝫ curiosꝫ nõ
amat icogta. ꝫ cũ ardentissio appe
titu istat scire qd nesciat. Aut eñ iã
gene notũ hꝫ qd amat. idqꝫ nosse
expetit. et iã ī aliq singlã. vel ī
singul'rebꝫ q illi nõdũ note forte

laudantur. fingit animus imaginariam formam qua excitetur in amorem. Unde autem fingit. nisi ex his que iam nouerat? Cuius autem forme animo figurate atque in cogitatione notissime si eam que laudabatur dissimilem inuenerit fortasse non amabit. Quod si amauerit ex illo amare incipiet. ex quo didicit paulo ante. quippe alia erat que amabatur quam sibi animus formans exhibere consueuerat. Si autem illi forme similem inuenerit quam fama predicauerat. cui vere possit dicere. iam te amabam. nec tunc utique amabat incognitam. quia in illa similitudine nouerat. Quid in specie sempiterne rationis videmus quid et ibi amamus. quod cum expressum in aliqua rei temporalis effigie. illis qui experti sunt laudantibus credimus et amamus. non aliquid amamus incognitum unde iam satis supra disseruimus. Quid ad notum amamus. propter quod ignotum aliquid querimus. Cuius ignoti amor nequaquam nos tenet. sed illius cogniti quo pertinere nouimus ut etiam quod adhuc ignotum querimus nouerimus. Sic de incognito verbo paulo ante locuti sumus. Aut ipsum scire quisque amat quod nulli scire aliquid cupienti esse incognitum potest. His causis videntur amare incognita qui scire aliquid volunt quod nesciunt. et propter ardentiorem querendi appetitum studiosi dicuntur. Sed cum res se aliter habeat. nisi omnino quisque amet incognitum arbitror me persuasisse verum diligenter intuentibus. Sed quia exempla que dedimus eorum sunt qui aliquid quod ipsi non sunt nosse cupiunt. videndum est ne forte aliquod nouum genus appareat cum seipsam mens nosse desiderat.

An incognita sibi mens sit cum se non nouit.

Quid ergo amat mens cum ardenter seipsam querit. ut nouerit dum incognita sibi est? Ecce enim mens semetipsam querit ut nouerit: et inflammatur hoc studio. Amat igitur. Et quid amat? Si seipsam. quomodo cum se nondum nouerit. nec quisquam possit amare quod nescit? An ei fama predicauit speciem suam. sicut de absentibus solemus audire? Forte ergo non se amat. sed quod de se fingit. hoc amat. longe fortasse aliud quam ipsa est. Aut si se mens sui similem fingit. et ideo cum hoc figmentum amat se amat antequam nouerit. quia id quod sui simile est intuetur. Nouit ergo alias mentes ex quibus se fingit. et genere ipso sibi nota est. Cur ergo cum alias mentes nouit se non nouit. cum se ipsa nihil sibi possit esse presencius? Quod si ut oculi corporis magis alios oculos norunt quam se ipsi sibi: non se ergo querat numquam inuentura. Numquam enim se oculi preter specula videbunt. Nec ullo modo putandum est etiam rebus incorporeis contemplandis tale aliquid adhiberi. ut mens tamquam in speculo se nouerit. An in ratione veritatis eterne videt quam speciosum sit nosse semetipsam: et hoc amat quod videt. studetque in se fieri: quia quamuis sibi nota non sit: notum ei tamen est quam bonum sit. ut sibi no

ta sit. Et hoc quidem probabile est non dum se nosse: et quod sit pulchra iam se nosse. An aliquem finem optimum id est securitatem et beatitudinem suam videt per quandam occultam memoriam que in longinqua eam progressam non deseruit et credit ad eundem finem nisi seipsam cognoverit pervenire se non posse. Ita dum illud amat hoc querit: et notum amat id est propter quod querit ignotum. Sed cur memoria beatitudinis sue potuit et memoria sui cum ea perdurare non potuit. ut tam se nosset que vult pervenire quam novit id est quo vult pervenire. An cum se nosse amat non se quam nondum novit. sed ipsum nosse amat, acerbiusque tolerat seipsam deesse scientie sue qua vult cuncta comprehendere. Novit autem quid sit nosse. et dum amat quod novit etiam se cupit nosse: et dum hoc amat quod novit esse se cupit nosse. Ubi ergo suum nosse novit: si se non novit. Nam novit quod alia novit: se autem non novit. Hinc enim novit et quid sit nosse. Quo pacto igitur se aliquid scientem scit. que seipsam nescit. Neque enim alteram mentem scientem scit. sed seipsam. Scit igitur seipsam. Deinde cum se querit. ut noverit: querentem se iam novit. Iam se ergo novit. Quapropter non potest omnino non scire: seque dum se nescientem scit. se utique scit. Si autem se nescientem nesciat: non se queret ut sciat. Quapropter eo ipso quo se querit magis se sibi notam quam ignotam esse convincitur. Novit enim se querentem atque nescientem: dum se querit ut noverit. Quid ergo dicemus? An quod ex parte se novit? et ex parte non novit? Sed absurdum est dicere non eam totam scire quod scit. non dico totum scit. sed quod scit tota scit. Cum itaque aliquid de se scit. quod nisi tota non potest: totam se scit. Scit autem se aliquid scientem: nec potest quicquam scire nisi tota. Scit se igitur totam.

## De propriis mentis que non potest ignorare.

c. iiii

Deinde quid eius ei tam notum est quam se vivere. Non potest et mens esse: et non vivere. Cum habeat etiam amplius ut intelligat. Nam et anime bestiarum vivunt: sed non intelligunt. Sicut ergo tota mens est: sic tota mens vivit. Novit autem vivere se: totam itaque se novit. Postremo cum se nosse mens querit: mentem se esse iam novit. Alioquin utrum se querat ignorat: et aliud pro alio forsitan querat. Fieri enim non potest ut ipsa non sit mens: atque ita dum mentem nosse querit. non seipsam querat. Quapropter quoniam cum querit mens quid sit mens. novit quod se querat: profecto novit quod ipsa sit mens. Porro si hoc in se novit quod mens est: et tota mens est. et totam se novit. Sed ecce non se noverit esse mentem. cum autem se querit. hoc tantummodo noverit quod se querat. Potest enim etiam sic aliud pro alio querere: si hoc nesciat. Ut autem non querat aliud pro alio: procul dubio novit quid querat. At si novit quid querat. et seipsam querit: seipsam utique novit. Quid ergo adhuc querit? Quod si ex parte

se novit. ex parte autem adhuc querit. non seipsam. sed partem suam querit. Cum enim ea ipsa dicitur: tota dicitur. Deinde quia novit nondum se a se inventam totam. novit quanta sit tota. atque ita querit quod deest: quemadmodum solemus querere ut veniat in mentem quod excidit. Nec tamen penitus excidit. quia potest recognosci cum venerit hoc esse quod querebatur. Sed quomodo mens veniet in mentem: quasi possit mens in mente non esse. Huc accedit. quia si parte inventa non se totam querit. tamen tota se querit. ita ergo sibi presto est et quid adhuc queratur non est. Hoc enim deest quod queritur: non illa que querit. Cum itaque tota se querit: nichil eius deest. Aut si non tota se querit. sed pars que inventa est querit partem que nondum inventa est. non se ergo mens querit. cuius se nulla pars querit. Pars enim que inventa est. non se querit. pars autem que nondum inventa est nec ipsa se querit. quoniam ab ea que inventa est queritur. Quocirca quia nec tota se querit mens. nec pars eius ulla se querit. se mens omnino non querit.

In quo mens nosse se debeat et a quibus abstinere. c. v.

Utquid ergo ei preceptum est ut seipsam cognoscat. Credo ut se cogitet et secundum naturam suam vivat. Id est ut secundum naturam suam ordinari appetat sub eo scilicet cui subdenda est. supra ea quibus preponenda est: sub illo a quo regi debet. supra ea que regere debet. Multa enim per cupiditatem pravam tamquam sui sit oblita: sic agit. Videt enim quedam intrinsecus pulchra in prestantiore natura que deus est et cum stare debeat ut eis fruatur volens ea sibi tribuere et non ex illo similis illius sed ex seipsa esse quod ille est avertitur ab eo. moveturque et labitur in minus et minus quod putatur amplius et amplius: quia nec ipsa sibi. nec ei quicquam sufficit recedenti ab illo qui solus sufficit. Ideoque per egestatem et difficultatem fit nimis intenta in actiones suas et inquietas delectationes quas per eas colligit. atque ita cupiditate acquirendi notitias ex hiis que foris sunt quorum cognitum genus amat. et sentit amitti posse nisi impensa cura teneantur. perdit securitatem tantoque seipsam minus cogitat quanto magis secura est quod se non possit amittere. Ita cum aliud sit non se nosse. aliud non se cogitare. Neque enim multarum doctrinarum peritum ignorare grammaticam dicimus cum eam non cogitat. quia de medicine arte tunc cogitat. Cum ergo aliud sit se non nosse. aliud non se cogitare. tanta vis est amoris ut ea que cum amore diu cogitavit. eisque cure glutino inheserit: attrahat etiam secum cum ad se cogitandam quodammodo redit. Et quia illa corpora sunt que foris per sensus carnis adamavit. eorumque diuturna quadam familiaritate implicata est: nec secum potest introrsus tamquam in regionem incorporee nature ipsa corpora inferre. ymagines eorum convolvit et ra

 

pit fras in semetipsa de semetipsa.
Dat enim eis formandis quoddam substan-
tie sue. Servat autem aliquid quo libere
de speciebus talium ymaginum iudicet: et
hoc est magis mens, id est racionalis intel-
ligencia, que servatur ut iudicet. Nam
illas anime partes que corporum similitudi-
bus informantur, etiam cum bestiis nobis com-
munes habere sentimus. **In quibus mens
de se cogitans possit errare. c. vi.**

Errat autem mens cum se
istis ymaginibus tanto amore
iungit: ut etiam se aliquid esse huiusmodi ex-
istimet. Ita enim conformatur eis quo-
dammodo non id existendo, sed putando.
non quo se ymaginem putet, sed omnino
id ipsum cuius ymaginem secum habet. Viget
quippe in ea iudicium discernendi cor-
pus quod foris relinquit ab ymagine
quam de illo secum gerit: nisi cum ita
exprimuntur eedem ymagines tamquam foris
senciantur, non intus cogitentur: sicut
dormientibus, aut furentibus, aut in aliqua
extasi accidere solet. Cum itaque se
tale aliquid putat, corpus esse se pu-
tat. Et quia sibi bene conscia est principa-
tus sui quo corpus regit. **De o-
pinionibus eorum qui mentem aliquid p
corporeum esse senserunt. c. vii.**

Hinc
factum est ut quidam quererent
quid corporis amplius valet in corpore.
et hoc esse mentem, vel omnino totam ani-
mam existimarent. Itaque alii san-
guinem, alii cerebrum, alii cor. non
sicut scriptura dicit: confitebor tibi domine
in toto corde meo. et diliges dominum deum
tuum ex toto corde tuo. Hoc enim ab u-
sione vel transferendo vocabulo ducitur a corpore ad
animam: sed ipsam omnino particulam corporis quam
in visceribus dilaniatis videmus. eam
esse putaverunt. Alii ex minutissimis in-
dividuisque corpusculis quas athamos
dicunt concurrentibus in se atque coherentibus
eam confici crediderunt. Alii aerem, alii i-
gnem substanciam eius esse dixerunt. Alii eam
nullam esse substanciam. quia nisi corpus nullam
substanciam poterant cogitare: et eam corpus esse
non inveniebant. sed ipsam temperacionem corporis
vel compagem primordiorum quibus ista ca-
ro tamquam connectitur esse opinati sunt: eoque
omnes eam mortalem esse senserunt. quia sive
corpus esset, sive aliqua composicio corporis:
non posset utique immortaliter permanere.
Qui vero eius substanciam vitam quandam nequaquam
corpoream, quandoquidem omne vivum corpus am-
mantem ac vivificantem esse repererunt.
consequenter et immortalem: quia vita carere non
potest vita. ut quisque potuit probare cona-
ti sunt. Nam de quinto illo nescio quo cor-
pore quod notissimis quatuor huius mundi ele-
mentis quidam coniungentes hinc animam esse dix-
erunt: hoc loco diu disserendum non
puto. Aut enim hoc vocant corpus quod
nos cuius in loci spacio pars toto minor
est. et in illis annumerandi sunt qui men-
tem corpoream esse crediderunt. aut si vel omnem
mutabilem substanciam corpus appellant
cum sciant non omnem locorum spaciis aliqua
longitudine vel latitudine et altitudine
contineri: non cum eis de vocabuli questione

pugnandum est. In his omnibus sententiis quisquis videt mentis naturam et esse substantiam et non esse corpoream. id est non minori sui parte minus occupare loci spatium. maiusque maiore simul oportet videat eos qui opinantur esse corpoream non ob hoc errare quod mens eorum desit notitie. sed quod adiungunt ea sine quibus nullam possunt cogitare naturam. Sine fantasiis enim corporum quicquid iussi fuerint cogitare. nichil omnino esse arbitrantur: ideoque non se tamquam sibi desit mens requirat. Quid enim tam cognitioni adest quam id quod menti adest. Aut quid tam menti adest quam ipsa mens. Unde et ipsa que appellatur inventio si verbi originem retractemus quid aliud resonat. nisi quia invenire est in id venire quod queritur. Propterea que quasi ultro in mentem veniunt non usitate dicuntur inventa. quamvis cognita dici possit. quia non in ea querendo tendebamus ut in ea veniremus. hoc est ea inveniremus. Quapropter sicut ea que oculis aut ullo alio corporis sensu requiruntur ipsa mens querit. ipsa enim et sensum carnis intendit. tunc autem invenit cum in ea que requiruntur idem sensus venit: sic alia que non corporeo sensu internuntio. sed per seipsam nosse debet cum in ea venit. invenit aut in superiore substantia id est in deo. aut in ceteris anime partibus. sicut de ipsis imaginibus corporum cum iudicat. Intus enim in anima eas invenit per corpus impressas.

Quomodo mens nosse se querens nichil de se corporeum debeat cogitare. cap. viii.

Ergo seipsam quemadmodum querat et inveniat. mirabilis questio est quo tendat ut querat. aut quo veniat ut inveniat. Quid enim tam in mente. quam mens est. Sed quia in his est que cum amore cogitat. sensibilibus autem id est corporalibus cum amore assuefacta est: non valet sine imaginibus eorum esse in semetipsa. Hinc ei oboritur erroris dedecus dum rerum sensarum imagines secernere a se non potest. ut se solam videat. Coheserunt enim mirabiliter glutine amoris. Et hec est eius immunditia: quoniam dum se solam nititur cogitare. hoc se putat esse sine quo se non potest cogitare. Cum ergo ei precipitur ut seipsam cognoscat non se tamquam sibi detracta sit querat: sed id quod sibi addidit detrahat. Interior est enim ipsa non solum quam ista sensibilia que manifeste foris sunt. sed etiam quam imagines eorum que in parte quadam sunt anime quam habent et bestie. quamvis intelligentia careant que mentis est propria. Cum ergo sit mens interior quodammodo exit a semetipsa. cum in hec quasi vestigia multarum intentionum exerit amoris affectum. Que vestigia tamquam imprimuntur memorie quando hec que foris sunt corporalia sentiuntur. ut etiam cum absunt ista presto sint tamen imagines eorum cogitantibus. Cognoscat ergo seipsam. nec quasi absentem se querat: sed intentionem voluntatis qua per alia vagabatur statuat in seipsa. et se cogitet. Ita videbit quod numquam se non amaverit. numquam nescierit. sed aliud secum amando cum eo se confudit et concrevit quodammodo

atqȝ ita dū sicut vnū diuisa ɔplec-
tit᷑. vnū putauit eē q̄ ɔuisa sᷤ.
Non Quod mens agnoscat
itaqȝ velut ab seipsa c ix
sentē se q̄rat mēte: ſȝ p̄ntē se curet
discerne. Nec se q̄si nō norit cog-
noscat: ſȝ ab eo qd alterū nouit di-
noscat. Ipm̄ eī qd audit. cognosce
teipsā. quō agē curabit. si nescit
a' quid sit ɔgsce. a' qd sit teipsā.
Si aūt utrūqȝ nouit. nouit ⁊ seip-
sā. q2 nō ita dī meti ɔgnosce teip-
sā. sic dī cognosce cherubin ⁊ se-
raphin. De absētibȝ eī ill' credim'
sc̄dȝ q̄ celestes q̄dā ptātes eē pre-
dicant᷑. Neqȝ sic dī cognosce volū-
tatē illi9 hoīs q̄ nob' nec ad sen-
ciendū vllomō. nec ad ītelligen-
dū presto ē. n̄ corpalibȝ signis e-
ditis. et hoc ita ut magis credam9
q̄ ītelligam9. Neqȝ ita ut d' hoī
vide faciē tuā: qd n̄ ī speculo fi'
nō pt. Nā et ipā nrā facies absēs
ab aspcū nrō ē: q2 nō ibi ē quo
ille dirigi pt. Sȝ cū dī meti ɔgnos-
ce teipsā. eo ictu q̄ ītelligit quod
dcm̄ ē. teipsā. cognoscat seipsā:
nec ob aᵈ q̄ eo qd sibi p̄ns ē. Si
aūt qd dcm̄ est nō ītelligit: non
vtiqȝ facit. Hoc ī ei p̄cipit᷑ ut fa-
ciat: qd cū p̄ceptū iᵐ ītelligit fa-
cit. Nō g adiūgat aᵈ ad id q̄ se
ipsā ɔgnoscat: cū audit ut seipsā
ɔgnoscat. Certe eī nouit sibi di-
ci: sibi scȝ que est et viuit et itel-

ligit. Sȝ ē et cadauer. viuit et pecus:
ītelligit aūt nec cadauer nec pec9. Sic
ergo se eē et viuē scit: quō ē et viuit
ītelligēn. Cū mens nosse se cupiens
nō hoȝ de se opinari debeat de
quibus dubitandū est. ca
Cū ergo vbi grā ptim x.
Omnes aere se putat. aerē ītel-
ligē putat. Se tn̄ ītelligē scit. aerē aūt
se eē nō scit. ſȝ putat. Secernat qd
putat: cernat qd scit. Hoc ei remane-
at vn̄ ne illi q̄dē dubitauerūt qui aᵈ
atqȝ aliud corpus eē mētē putauerūt.
Neqȝ eī oīs mens aerē se eē existīat.
ſȝ aliē ignē. aliē cerebȝ. alieqȝ aliud
corp9. ⁊ aliē aᵈ. sic sup̄ ɔmeoraui9.
Omnes tn̄ se ītelligē nouerūt et eē et
viuē. Sȝ ītelligē ad id qd ītelligūt re-
ferūt. eē aūt et viuē ad seipās. Et
nlli ē dubiū nec q̄mq̄ ītelligē q̄ nō
viuat: nec quēq̄ viuē q̄ nō sit. Er-
go et ɔsequēt' esse et viuē id qd ītel-
ligit. nō sicut ē cadauer qd nō vi-
uit. nec sicut viuit aīā que nō ītel-
ligit. ſȝ p̄p̄o quodā eodēqȝ p̄stāciore
mō. Item velle se sciūt. nȝ hoc posse
quēq̄ q̄ nō sit ⁊ q̄ nō viuit pit' sciūt.
Itemqȝ ipsā volūtatē referūt ad aᵈq̄d
qd ea volūtate volūt: meminisse et'
se sciūt. sil' q̄ sciūt. q̄ neō meminisset
n̄ eēt ac viuet. Sȝ ipsā meōriā re-
ferim9 ad aᵈ qd ea meminim9. Duo-
bȝ iᵗ hoȝ triū meōria ⁊ ītelligēcia
mltaȝ reȝ notiᵃ atqȝ sciā cōtinet᷑.
volūtas aūt adest p̄ quā fruam᷑ eis

vel utatur. Fruimur enim cognitis in quibus voluntas ipsa propter seipsa delectata conquiescat. Utimur vero eis que ad aliud referimus quo fruendum est. Nec est alia vita hominis viciosa atque culpabilis quam male utens et male fruens: de qua re non est modo disserendi locus. Sed quoniam de natura mentis agitur: removeamus a consideratione nostra omnes noticias que capiuntur extrinsecus per sensus corporis: et ea que posuimus omnes mentes de seipsis nosse certasque esse diligentius attendamus. Utrum enim aeris sit vis vivendi. reminiscendi. intelligendi. volendi. cogitandi. sciendi. iudicandi. an ignis. an cerebri. an sanguinis. an athomorum. an preter usitata quatuor elementa quinti nescio cuius corporis. an ipsius carnis nostre compago vel temperamentum hec efficere valeat. dubitaverunt homines. et alius hoc et alius aliud affirmare conatus est. Vivere se tamen et meminisse et intelligere et velle et cogitare et scire et iudicare quis dubitet? Quandoquidem etiam si dubitat vivit si dubitat. unde dubitat meminit. si dubitat. dubitare se intelligit. si dubitat. certus esse vult. si dubitat cogitat. si dubitat. scit se nescire: si dubitat iudicat se non temere consentire oportere. Quisquis igitur aliunde dubitat: de his omnibus dubitare non debet. Que si non essent: de ulla re dubitare non posset. Hec omnia vel corpus. vel compositionem vel temperationem corporis esse mentem putant. in subiecto esse volunt videlicet ut substantia sit aer vel ignis sive aliud aliquod corpus quod mentem putant. Intelligentiam vero ita insit huic corpori sicut qualitas eius: ut illud subiectum sit. hec in subiecto. Subiectum scilicet mentem quam corpus esse arbitrantur: in subiecto autem intelligentiam. sive quid aliud eorum que certa nobis esse commemoravimus. Iuxta opinantur etiam illi qui mentem negant corpus esse: sed compaginem aut temperationem corporis. Hoc enim interest quod illi mentem ipsam dicunt esse substantiam: in quo subiecto sit intelligentia. Isti autem ipsam mentem in subiecto esse dicunt corpore. scilicet cuius compositio sive temperatio est. Unde consequenter etiam intelligentiam quid aliud quam in eodem subiecto corpore existimant? Qui omnes non advertunt mentem nosse se. etiam cum querit se. sicut iam ostendimus. Nullo autem modo recte dicitur sciri aliqua res: dum eius ignoratur substantia. Quapropter dum se mens novit: substantiam suam novit. et cum de se certa est. de substantia sua certa est. Certa est autem de se. sicut convincunt ea que supra dicta sunt. Nec omnino certa est utrum aer an ignis sit. an aliquod corpus. vel aliquid corporis. Non est igitur aliquid eorum. totumque illud quod se iubetur ut noverit ad hoc pertinet ut certa sit non se esse aliquid eorum de quibus incerta est. Idque solum esse se certa sit: quod solum esse se certa est. Sic enim cogitat ignem aut aerem: et quicquid aliud corporis cogitat. Neque ullo modo fieri posset ut ita cogitaret id quod ipsa est: quemadmodum cogitat id quod ipsa non est. Per fantasiam quippe ymaginariam cogitat hec omnia. sive ignem sive aerem. sive illud vel illud corpus:

parte vō vllā seu ɔpaginē tēpati
onē cꝫ corpis. Nec utiqꝫ ista oīā: ꝭ
aliqͥ hoꝝ ēē dr̄. Si qͦd āt hoꝝ esset
alit' id qͥ cetā cogitarꝫ. nō scꝫ ꝑ y
maginale figmētū. sic cogitant'
absen̄ q̄ sensu corpis tacta sᷓt siue
oīo ipsa. siu eadē gn̄is aliq̄. sed q̄
dā intiore nō simlata. ꝭ veā ꝑsen
cia. Nō em̄ qͨcꝙ̄ illi ē secpā ꝑsen
cius. Sic cogitat viuē se. ⁊ memiīs
se se. et ītelligē ⁊ velle se. Nouit
em̄ hec ī se. nec ymaginat' qͥi eꝰ
se illa sensu tetigit: sic corꝑalia
q̄cꝫ tāgunt'. Ex q̄ꝝ cogitacōibꝫ si
nichil sibi adfigat ut tale aqͥd se
ēē putet. qͨcqͥd ei de se remaēt. hͦ
solū ipsa ē. De meōria ītelli
gēcia et volūtate. et de yma
gine trinitatis.

Remotis ı'ᵗ paulisp cetis quoꝝ c xı
mens de ipā certa ē tā hec potissim̄
ɔsidata tractem': meōriā intelli
gēciā volūtatē. In his em̄ tribꝫ in
spicī solet et īgenio puuloꝝ cuiꝰ
modi ꝑferat indolē. Qn̄ qͥppe tena
cius et facilꝰ puer meminit: qn̄to
acutius ītelligit. et studet ardenciꝰ:
tāto ē laudabilioris īgenij. Cū
vō de cuiꝰcꝫ doctrina q̄rit'. nō qn̄ta
firmitate ac facultate meminerit.
ūl qn̄to acumē ītelligat. ꝭ quid
meminerit. et qd ītelligat q̄rit'. Et
qͥ nō tm̄ qn̄tū doctus sit ɔsidat'
laudabil' aīꝰ. ꝭ et qͥ bonꝰ. nō
tm̄ qd meminit. et qd ītelligat. ve
rū eciā qͥ velit attendr. nō qn̄ta fla
grancia velit. ꝭ quid velit pᵘus. deīde
qn̄tū velit. Tūc em̄ laudādus ē aīmꝰ
vehement' amās. cū id qd amat ve
hemēt' amādū ē. Cū g° dicant' hec tā
īgeniū. doctrina. vsus. ꝑmū hoꝝ cosi
derat' in illͦ tribꝫ qd possit q̄sꝙ̄ meō
ria. ītelligen̄. volūtate. Sc̄m eoꝝ ɔsi
derat' quid hēat q̄sꝙ̄ ī meōria et in
telligen̄ qͦ studiosā volūtate ꝑuene
rit. Jā vō vsus tācꝰ ī volūtate ē ꝑtrac
tāte illa q̄ meōria et ītelligēcia cōti
net'. siu ad ad ea referat. siu eoꝝ fine
delectata ɔqͥescat. Vti em̄ dr̄ qd ī vsū ve
nerit ad id qd amas obtinēdū referre.
si tm̄ amādū est. Frui ē em̄ aōre in
herē alicui rei ꝓpt' ipsā. Vti ē aūt as
sumē qd. ī facultate volūtatis. Frui
ē vō vti cū gauͦ. nō adhuc spei. sed
iā rei. Pīde oīs q̄ fruit'. vtit'. Assūit
em̄ aliqͥ ī facultate volūtatis: cū fine
delectacōis. Nō oīs q̄ utit'. fruit'. sed
id qd ī facultate volūtatis assumit
nō ꝓp illd ipm̄. ꝭ ꝓp aᵈ qd appetunt.
Hec i'ᵗ tā. meōria. ītelligēn. volūtas
qm̄ nō sᷓt tres vite. ꝭ vnā vita. nec
tres metes. ꝭ vna mēs: ɔseqͥt' utiqꝫ
nec tres sbe sūt. ꝭ vna sba. Meōria qd
qͥppe vita et mēs et sba dr̄ ad seipāꝫ
dr̄ qͥꝫ vō meōria dr̄: ad ad relatiē dr̄.
Hoc de ītelligēcia qͥꝙ̄ et de uolūtate
dixerī. Et ītelligēn qͥppe et volūtas
ad aliqͥ dr̄. Vita ē aūt vnaqꝫ ad se
ipsā. et mēs et eēncia. Quocirca tria
hec eo sᷓt vnū. quo vna vita. vna mēs

una essentia. et quicquid ad se ipsa singula dicuntur. etiam simul non pluraliter sed singulariter dicuntur. Eo vero tria quo ad se invicem referuntur. Que si equalia non essent. non solum singula singulis. sed omnibus etiam singula non utique caperent. Nec tamen enim a singulis singula: verum etiam a singulis omnia capiuntur. Memini enim me habere memoriam et intelligentiam et voluntatem. et intelligo me intelligere et velle et meminisse. et volo me velle et meminisse et intelligere. totamque et voluntatem simul memini. Quod enim memorie mee non memini: non est in memoria mea. Nichil autem tam in memoria quam ipsa memoria est. Totam igitur memini. Item quicquid intelligo intelligere me scio: et scio me velle quicquid volo. Quicquid autem scio memini. Totam igitur intelligentiam. totamque voluntatem meam memini. Similiter cum hec tria intelligo. tota simul intelligo. Neque enim quicquam intelligibilium non intelligo nisi quod ignoro. Quod autem ignoro: nec memini nec volo. Quicquid itaque intelligibilium non intelligo consequenter et nec memini nec volo. Quicquid autem intelligibilium memini et volo: consequenter et intelligo. Voluntas etiam mea totam intelligentiam totamque memoriam meam capit dum toto utor quod intelligo et memini. Quapropter quando invicem a singulis et tota et omnia capiuntur. equalia sunt tota singula totis singulis. et tota singula simul omnibus totis. Et hec tria unum. una vita. una mens. una essentia.

De querenda ymagine trinitatis c. xii

Iam nunc ascendendum est qualibuscumque intentionis viribus ad illam summam et altissimam essentiam cuius impar ymago est humana mens: sed tamen ymago est. An adhuc eadem tria distinctius declaranda sunt in anima per illa que extrinsecus sensu corporis capimus. ubi temporaliter imprimitur rerum corporearum notitia. Mentem quippe ipsam in memoria et intelligentia et voluntate suimetipsius talem reperiebamus. ut quoniam semper se nosse semperque se ipsam velle comprehendebatur. simul etiam semper sui meminisse. semperque se ipsam intelligere et amare comprehenderetur. quamvis non semper se cogitare discretam ab eis que non sunt quod ipsa est. ac per hoc difficile in ea dinoscitur memoria sui et intelligentia sui. Quasi enim non sint hec duo. sed unum duobus vocabulis appelletur. sic apparet in ea re. ubi valde ista coniuncta sunt. et aliud alio nullo preceditur tempore: amorque ipse non ita sentitur esse cum eum non prodit indigentia. quoniam semper presto est quod amatur. Quapropter etiam tardioribus dilucescere hec possunt dum ea tractantur que ad animum tempore accedunt. et que illi temporaliter accidunt: cum meminit quod antea non meminerat. et cum videt quod antea non videbat. et cum amat quod antea non amabat. Sed aliud hec tractatio iam poscit exordium propter huius libelli modum.

Incipit liber undecimus.

De ymagine trinitatis etiam in eo quod ymago dei non est in homine querenda. Capitulum primum.